

Quomodo miseret pater filiorum miseretur est
 dominus timentibus se. recordatus est quoniam
 pulvis sumus etc. post incarnationem autem
 eas sciuit per practicum et exercitationem
 longam. q. xxiiij. annis practicauit. et se
 exercitauit circa nostras infirmitates. Et
 ideo fuit valde tristatus quoniam tam longa
 exercitatio in nobis non habet effectum ps.
Contristatus sum in exercitacione mea etc.
 Tandem sciuit eas per experientiam quod expressus
 est temptaciones dolores et morte. et ideo
 factus est maxime misericors Hebre. iij.
 Non enim habemus pontificem qui non possit
 compati infirmitatibus nostris temptaturus
 autem per omnia. Si enim esset aliquis me-
 dicus qui esset bonus chirurgicus et bonus
 practicus et infirmitates sepe expressus. iste
 maxime esset misericors. talis enim medicus
 fuit christus dominus noster Ista tria tangunt
Hebre. v. Et quidem cum esset filius dei.
 Ecce quod sciuit nostros defectus per diuinam
 sapientiam. didicit ex his que passus est obe-
 dientiam. Ecce quod eos sciuit per experientiam. et
 consummatus factus est omnibus obtempe-
 rantibus sibi causa salutis eterne. Ecce quod
 eos sciuit per exercitacionem longam. tam uerum
 enim se exercitauit quod consummauit aetate suam
 et veritatem

Feria secunda post Pascha.

Sermo.

Qui solus pere-
 grinus es in iherusalem etc. Lu.
ulti. Volens christus in celestem iherusalem
 transire. pegrinum se fecit. Fuit ei pere-
 grinus quoniam ad quatuor. Primo quoniam
 ad habitum quem assumpsit. ipse enim crucem
 assumpsit quoniam ipsam propriis humeris ba-
 uilauit. que quidem crux fuit nauis quod in
 celestem iherusalem deduxit. Sapie. iij.
Transientes mare per ratem liberati sunt. et
 fuit malus in ipsa nauis. Ezech. xxvij. Ce-
 drum de libano tulerunt ut facerent tibi ma-
 lum. Et fuit clauis quod celestem iherusalem

aperuit. Isaie. xxij. Dabo clauem david
 iuxta brachium eius. Secundo assumpsit pileum
 i. coronam spineam. pegrini enim portant
 pileum propter estum. ventum et pluiam. sic
 christi corona et passio est nobis in umbra
 ab estu voluptatum. Defendit enim nos a
 pluuia tribulationum et a vento temptati-
 onum. Isa. iij. Tabernaculum erat in umbra
 culum diei ab estu quo ad primum. et in ab-
 sconsione a turbine et pluuia. quo ad alia
 duo sequentia. Tercio assumpsit sclauinam
 i. corpus. quod sclauina fuit albi coloris propter
 puritatem. Apocal. xix. Ecce equus albus
 etc. Corpus enim christi fuit equus in quo
 ratio ipsum duxit. et fuit albus scilicet in quo
 puritatem habuit. deinde facta est et nigra
 propter liuorem. Isa. liij. Curus liuore sa-
 nati sumus. tandem facta est rubra scilicet per
 sanguinis effusionem. Isay. lxij. Quare
 rubrum est vestimentum tuum etc. Quarto
 assumpsit scharcellam. i. animam. solent
 enim pegrini in scharcella thesaurum po-
 nere et portare. In christi anima fuit tri-
 plex thesaurus scilicet misericordie. gratie et
 sapientie. de quo dicit Johan. i. Vidimus
 gloriam eius. i. gloriosam misericordiam
 eius plenam gratie et veritatis. Quinto
 assumpsit baculum. i. crucem qui quatuor
 clauis fuit ferratus. pegrini enim vtuntur
 baculo ad sustentacionem. ad fluuiorum trans-
 uadacionem. et ad malorum bestiarum percussio-
 nem. sic christus baculo sue crucis mun-
 dum sustentauit ps. Virga tua et baculus
 tuus ipsa me consolata sunt. Flumen mundi
 transiit iordanem istum. et diabolum per-
 cussit. Isaie. xxx. A voce domini pauebit
 assur et giga percussus. Sexto assumpsit cal-
 ciamentum. pegrini enim calciamentum
 assumunt contra lutum scilicet spinas et
 lapides. Iudei enim in christum proiece-
 runt lutum. Psal. Eripe me de luto ut non
 infigar spinas quando coronam spineam
 sibi imposuerunt Et lapides Joba. viij.

Tulerunt lapides ut iacerent in eū. Contra ista xps assumpsit calciamenta. **Deu**tero. **xxij.** Ungat in oleo pedē suū. **fer** et es calciamentū eius. **Alia** xpi erat tinctura oleo gratie que omnia aduersa dulcorabat. munita ferro pstantie qua ipsa aduersa nō timebat. et ere incorruptibilis patientie qua omnia supplicia tolerabat. **Septimo** assumpsit insignia et vulnera. peregrini enim reuertentes insignia assumunt ut ostendant qd suam peregrinationem ppleuerunt ad plenū ut homines puocet ad sibi benefaciendū. et sint securiores ad ambulandū. Sic xps ad patriam rediens cicatrices referuat. et hoc in ostensione paterne obedientie iam pplete. **Johan. xvij.** **O**pus psummani qd dedisti mihi ut facerē in puocationem paterne mie obtinende. **Ambro.** Vulnera suscepta abolere nolu. ut celo inferre maluit ut ea patri mie ostenderet. In signū securitatis nobis acquirite. **Ezech. ix.** Super quē uideris tibi non occidatis. **Octauo** habitus istius peregrini fuit benedictus. Nam eius scaccellam. i. aīam benedixit deus pater. **Ezech. xliij.** Benedicta gloria dñi de loco suo. Eius sclauitā. i. carnem benedixit spūs sanctus. **Luce. j.** Benedictus fructus uentris tui. Eius baculum. i. crucem benedixit totus mundus. **Sap. xiiij.** Benedictū lignū per qd fit iusticia. **Secūdo** dicitur peregrinus q̄rum ad uias quas p̄fecit. Peregrini enim habent aliqui ascensus. aliqui descensus. aliqui uias planas. Iste autē peregrinus nihil habuit de uia plana. sed ascensum uel descensum. Magnū enim descensum fecit qñ de celo in mundum uenit. Magnū etiam ascensum fecit qñ crucem ascendit. Fecit etiam magnū descensum qñ in limbū descendit et magnū ascensum qñ inde rediens in celum ascendit. **Tercio** fuit peregrinus q̄rum ad hospicia. Solent pegri maxime in estare ter in die intrare hospicia. scz in tertia ad prā-

tendum. in merdie ad bitendum et p̄fectendum. et in sero ad suam cenā faciendā et ad dormiendū. Sic iste peregrinus triplex hospiciū est ingressus. **Primum** ē uetus virginis que ingressus est in tertia. i. nō in primo tempe nature. nec in secundo tempore legis. sed in tercio tpe gratie. **Ibi** prandium fecit qñ naturā nostrā assumpsit habens carnem tanq̄ cibum. et sanguinē tanq̄ potum. **Secundum** est patibulum crucis. **Johan. xix.** Sitio. Et dederunt ei acetum. **Ubi** et requieuit. **Ibi** dem Inclinato capite tradidit sp̄m. Et istud hospiciū ingressus est in merdie. **Cant. j.** Indica mihi ubi cubas in merdie. **Tercū** hospiciū est sepulchz ubi dormiuit. **ps.** Ego dormiui et soporatus sum. Cenā namq̄ cum illis qui erant in limbo fecit. **Luc. xiiij.** Homo quidā fecit cenā magnā. **Istud** hospiciū ingressus est in sero. **Matth. xxvj.** Cum iam sero esset factū uenit ioseph et c. **Quarto** fuit peregrinus q̄rum ad pericula que sustinuit. Solent namq̄ pegri sustinere pericula qñq̄ a socijs suis qui eos p̄dunt. quādoq̄ ab hospite qui eos iugulant ut eorū bona diripiant. quādoq̄ a latronibz qui eos spoliāt. Sic xps a suo socio iuda p̄dictus fuit. **Matth. xxvj.** Qui intingit me cum manū in paraphide hic me tradet et c. **Iudeis** in quoz domo uenerat hospitari fuit occisus. **zach. xiiij.** Hīs plagatus sum in domo eoz qui dilexerūt me. **A**mi limbo expoliatus. **Johan. xvij.** Milites acceperunt uestimenta et fecerūt quatuor p̄es. unicuiq̄ milia p̄em fecerunt.

Feria tertia post pascha. Sermo.

Tetit ihesus in medio discipulorū suoz et dixit eis par uobis. **Lu. xli.** Sicut ex p̄n euangelio p̄ xpus multipliciter se manifestauit.